



*Anf*

*90*

*E*

Nr.	Braefides	
1	Weyer	Tractat. de communione bonorum.
2	Berger	De discrimine bonorum uxoris.
3	Hennerich	- Societate bonorum connubiali.
4	Boehmer	- ratione decidendi controversias circa portionem statutarium conjugum.
5	Reinhardt	- clivido acquisitus conjugalis.
6	Siegel	- bonis uxoris malitiosa defiticia.
7	Wittenbeog	- pactis antenuptialibus.
8	Berger	Utrum pacta dotalia ex statutis sint interpretaboda.
9	Givinus	De pactis dotalibus in quantum statutis alterocent vel miscet.
10	Gartner	Opinione inter Dotem & parapherna evictione dotis.
11	Dinkelker	
12	Reinhardt.	- remedius emendanda defitione ex Dotte.
13	Herring	- Retentione in fecunditatem dotis permissa.
14	Brochs	- valida illatorum confessione a marito facta etn dotalitum est propter secundas nuptias.
15	Estor	
16	Schroz	De dotalitis.



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**BONIS VXORIS**  
**MALITIOSAE DESERTRICIS,**

*Von  
Vermögen einer Frauen, so den Ehemann  
bößlich verläßet,*

---

QVAM  
ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
CONSENSV

P R A E S I D E  
**DN. IOH. GOTTLIEB SIEGELIO, D.**  
IVR. FEVD. PROF. PVBL. ORDIN. ACADEM. SYNDIC. REG.  
ET ELECTOR. CVRIAEE SUPREMAE, NEC NON CONSIST.  
LIPSIENS. ADVOCATO,

DIE XXIV. SEPTEMBR. MDCC XXXXIII  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**GEORGIVS ZACHARIAS WINCKLERVS,**  
A. M. LIPSIENS.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

GEORGIAE SAGITTARIAE MINCERIAS  
PABILIO TRADITIONALI EXAMINI  
VACATOR ET RESPONDENS  
DIE XXII SEPTEMBER MDCCCLXII  
TARRENSIS CAROLAE TANITHORUM ACADEMIAE SANCTIC REE  
ET PRAESES  
GONZAGA  
INTASTRIS IARRECOSSATRUM ORDINIS  
BONI AXORIS  
MALLIOSAE DESERTRICIS  
DISSESTITATIO IARIDI  
DE

EX OFFICINA FRANCISCA MAYERI  
IMPRESA LIBRIPOLIA



II.

Q. D. B. V.

S. I.



Vicissitudines rerum, iurumque varietatem,  
discrimen inter vxoris bona procreasse, du-  
bio caret. Dum Romani confarreatione ma-  
trimonium contrahendi morem tenebant, ma-  
ritus omnia bona vxoris dotis nomine accipie-  
bat.<sup>a)</sup> Vxor enim confarreatione marito in  
manum conueniens in huius potestatem transibat, et a pa-  
tris imperio liberabatur, <sup>b)</sup> vnde TERENTIVS:<sup>c)</sup>

*Causa discri-  
minis vxoris  
bonorum.*

Te isti viro do amicum, tutorem, patrem,  
Bona nostra haec tibi committo, et tuae mando fidei;  
Hanc mihi in manum dat.

Quod veritati quoque consentaneum, vbi, nuptias vsu fieri,  
erat solitum, quia vxor pariter in manum conueniebat,  
atque in mariti potestatem redigebatur.<sup>d)</sup> Ritibus hisce

A 2 cessan-

a) CICERO Topic. cap. IV. verb. cum mulier viro in manum conuenit,  
omnia, quae mulieris fuerunt, viri sunt dotis nomine.

b) ANTON. HOTTOMANVS ac rit. nupt. c. XX. in Graeu. Theb.  
Tom. VIII. p. 1128.

c) Andrin. Aet. I. Scen. V.

d) CIC. pro Flacco cap. XXXIV. HUBER. in praedict. ad Pand. Lib. XXIII.  
Tit. II. §. II. HEINECC. in Antiquit. Roman. Lib. I. Tit. X. §. XIV.

cessantibus et nuptiis domum ductione celebratis<sup>e)</sup> vxor in patris potestate manebat,<sup>f)</sup> hinc omnia ipsius bona marito dotis nomine neutiquam acquirebantur, sed dos diserte constituenda<sup>g)</sup> a reliquis bonis, quae parapherna audiebant, distinguebatur.<sup>h)</sup>

## §. II.

*Germani diversas species bosorum uxoris non agnoscunt.*

Primis temporibus apud Germanos foeminarum opes admodum tenues apparent.<sup>i)</sup> Lex Ripuaria<sup>k)</sup> foeminas cum virili sexu concurrentes ad hereditatem aviaticam non admittit. Lex Salica<sup>l)</sup> a terra Salica istas penitus excludit. Lex Saxonum<sup>m)</sup> filias extantibus filiis a successione arcit.

Lex

e) L. 5. ff. de R. N. CVIAC. interpretat, in Paul. sentent. Lib. II. Tit. IX. ad §. VI. verb. domus igitur viri est domicilium matrimonii. Domum aedificabant olim, qui vxorem ducabant, ex quo PITTSCVS in Lexic. Antiquit. Rom. Tonn. I. voc. Domus, credit natum illud HESIOD. Oper. n. 423. Οἰκός μεταποίεισα κανεῖναι τε. Domum quidem prius, deinde vxorem.

f) L. 2. §. 2. ff. soluto matrim. dos quemadmodum pet. L. 20. ff. ad L. Iul. de adulteriis.

g) Dos enim aut datur, aut dicitur, aut promittitur. VLPIAN. Fragm. Tit. VI. §. I. Et si quis datur, id est filios suos

h) VLPIAN. in L. 9. §. 3. D. de iure dotorum.

i) Unde ad virum Germanum, qui ipse oneribus matrimonii ferendis parvus erat, verba, quibus ille Menandri seruus suae domus miseriam apud GELLIVM II. 23. ita exposuit:

O ter infelicem, qui pauper vxorem ducit  
Operamque dat liberis, quam male ponit calculos.

- restet trahebantur.

k) Tit. LVI. cap. IV. sed cum virilis sexus extiterit, foemina in hereditatem aviaticam non succedat.

l) Tit. LXII. cap. VI. de terra vero Salica in mulierem nulla portio hereditatis transfit, sed hoc virilis sexus adquirit, hoc est, filii in ipsa hereditate succedunt.

m) Tit. VII. cap. V. qui defunctus non filios, sed filias reliquerit, ad eas omnes hereditas pertinet, tusela vero earum fratri vel proximis paterni generis depeccetur. Et in cap. VIII. qui filiam ac filium habuerit,

88

M A L E T I O S A E D E S E R T I C I S . 3

Lex Anglorum et Werinorum<sup>9)</sup> pecuniam et municipia pariter in subsidium, res autem utensiles simpliciter filiabus tribuit. Cui omnino consequens est, foeminas Germanorum parum olim in bonis habuisse, occasionem itaque dis- crimen honorum vxoris introducendi non adfuisse; proin- de haud mirum, quod, teste TACITO,<sup>10)</sup> vxor non marito, sed hic vxori dotem obtulerit. Solidis igitur argumentis Illustr. GAERTNERVS<sup>11)</sup> demonstravit, apud Germanos honorum vxoris vnam eandemque semper fuisse condicio- nem, et maiores nostros nullam hac in causa admisisse di- stinctionem.

§. III.

Ius Saxonicum iuris civilis magis, quam Germanici rationem habens, bona vxoris in dotalia et paraphernalia partitur, quibus nouam speciem, receptitia scilicet, adiecit.<sup>12)</sup> Vocabulum quidem receptitiae reperiatur in iure Romano,<sup>13)</sup> ut nos v. hist. l. 11. c. 10. q. 1. p. 10. A 3. verum tur.

*In Saxonia bona vxoris in dotalia, paraphernalia et receptitia distinguuntur.*

et filias uxore ducta et filium genuerit, et mortuus fuerit, hereditas patris ad filium filii, id est, nepotem, non ad filiam pertinet.

**n)** Tit. VI. cap. I. hereditatem defuncti filius, non filia, suscipiat. Si filium non habuit, qui defunctus est, ad filiam pecunia et mancipia, terra vero ad proximum paternae generationis consanguineum pertineat. et Cap. VI. Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiae vero spolia colli, id est, murenas, usicas, monilia, inaurae, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur.

**o)** de mor. Germ. c. XVIII.

**p)** in Disp. iuris Romani distinctionem inter dotem et paraphernalia foris Germaniae non esse accommodandam, Lipsiae 1729. habita §. VI.

**q)** O! P. R. ad Tit. VIII. §. I. in sua auch hierbey inter bona dotalia, par- paraphernalia und receptitia kein Unterschied gemacht werden. Mandat. Von Verschreibungen und Obligationen derer Weibes: Personen vom 18. Nov. 1722.

**r)** in L. 31. §. 2. ff de donat. mort. causa verb. Sed et dos, quam quis in mortem malitiae a marito stipulatur, capitur, sane mortis causa, cuius generis dores receptitiae vocantur. VLPIAN. Fragm. Tit. VI. §. V. Ad- genititia autem dos semper penes marituum remanet, prasterquam, si is, qui

## 6 DE BONIS Vxoris

verum de dote receptitia pronunciatur, quae dicebatur, quam post mortem vxoris reddi sibi dotem constituens a marito stipulabatur. Neque effato Imperatorum THEODOSII et VALENTINIANI<sup>8)</sup> bona receptitia a paraphernis distantia defendi possunt, quin inde vxoris potestas marito administrationem bonorum paraphernalium admendi saltem deriuetur. Illud forsitan haud negandum, Romanis receptitia et paraphernalia vna eademque fuisse, ita, vt, quae bona vxoria antea receptitia, deinceps paraphernalia vocata fuerint.<sup>9)</sup>

### §. IV.

*Describantur bona dotalia, paraphernalia receptitia.* Bona dotalia dicuntur, quae iure proprietatis et vsumfructus ab vxore vel alio huius contemplatione in maritum ad sustinenda matrimonii onera transferuntur, remanente tamen dominio naturali apud vxorem. Paraphernalia vocantur, quorum vsumfructum et administrationem vxor in maritum transfert, proprietatem autem sibi retinet. Receptitia denique sunt, quorum et proprietatem, et vsumfructum, et administrationem vxor sibi reseruat.<sup>10)</sup> In rebus vtenilibus lex vxori haec omnia referuat, hinc mulier Gerarda libere vti valet, nec opus habet, vt mariti consensum in ea administranda vel alienanda imploret,<sup>11)</sup> nisi huius intersit, vt puta in rebus ad communem rei familiaris vsum comparatis, v. c. lectis, puluinariibus, linteamentis, mappis, &c. quum alioquin maritus teneatur ad nouas eiusmodi species

*qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus fuit: quae dos specialiter receptitia dicitur.*

<sup>8)</sup> in 18. C. de pac. com.

<sup>9)</sup> HUBER. l.c. Tit. III. § XV.

<sup>10)</sup> BERGER. Disp. de discrimine bonar. vxoris §. II.

<sup>11)</sup> CARPOV. Disp. de iur. foeminae singular. Dec. VI. pos. VI. n. 46.

## MALITIOSAE DESERTRICIS.

cies coëmendas.<sup>x)</sup> Ex statuto autem, quo successio in Geradam marito defertur, ut hic Lipsiae,<sup>y)</sup> maritus ius rerum Geradicarum alienationem impediendi deriuare haud potest,<sup>z)</sup> siquidem eiusmodi statutum marito viua vxore in res Geradicas nullum ius, sed meram spem eas quandoque lucrandi concedit; quae spes, marito ante vxorem vita decedente, ad heredes neutiquam transit. Maritus tali casu iuriuum cognatarum particeps redditur; quemadmodum vero vxor Geradam sine consensu cognatae distrahere vallet,<sup>a)</sup> ita et irrequisito mariti consensu procedit. Neque contrarium *Conf. El. VII. P. III.* continet, quum vxorem tantum prohibeat ultima voluntate adimere, quae post ipsius obitum e bonis suis marito debentur, et iam *Conf. El. XIV. P. II.* ultimae voluntates, in quibus de Gerada disponitur, inualidae declaratae sunt.

### §. V.

Vxoris bonorum haëstenus summatim expositorum alia conditio est constante matrimonio; alia soluto. Et sicuti matrimonium vel morte, vel adulterio, vel malitiosa desertione soluitur; ita solutione matrimonii contingente, una eademque iura circa bona vxoris non ubique obtinent, sed iuxta modum, vnde matrimonium solutum, variare solent. In praesenti animus est, inquirere, quid iuris sit circa bona vxoris, ob cuius malitiosam desertionem matrimonii vinculum per sententiam sublatum.

*Transitio ad  
thema.*

### §. VI.

x) BERGER. *Disp. citat. §. XXXIII.*

y) Ciues Academicci nunc pariter tali statuto firmuntur.

z) Dissent. CARPOV. *Disp. alleg. n. 47.* Id. ad *Conf. El. VII. P. III. def. VI.* FINCKELTHVS. *Observ. LXXXI. n. 24. seqq.*

a) *Conf. El. XIV. P. II.*

81 DET BONIS UXORI STI JAM

§. VI.

An apud Germanos malitiosa desertio causis diuortii adnumerata fuerit, non accurate determinari potest. Vxorem adulteram domo maritum expulisse, TACITVS testatur.<sup>b)</sup>

Pariter in capitularibus CAROLI M. et LUDOVICI PII Lib. VI. Tit. LXXXVII. legitur: nullus coniugem propriam, nisi, vt sanctum Euangelium docet, fornicationis causa relinquat, et Tir. CXCI. et secundum Domini mandatum legitimum coniugium nequaquam posse illa occasione separari excepta causa fornicationis. De malitiosa desertione autem, diuortii causa, testimonium luculentum inuenire haud potui. Et nihil fecius autumo, quod ex iure Germanico fundamentum decidendi quaestione, quid iuris sit circa bona vxoris, malitiosae desertricis, mutuari queat: quum dispositio de diuortio in genere extet, et illius causam malitiosa desertio iure diuino<sup>c)</sup> suffragante constitutat.

§. VII.

Duo loca Iuris  
Provincialis  
Saxonici de  
diuortio  
agunt.  
Lib. I. art.  
XXI. et Lib.  
III. Art.  
LXXIV.

Duo sunt loca iuris Saxonici Provincialis, quae diuortii mentionem iniiciunt eiusque effectum demonstrant. Vnus in Lib. I. Art. XXI. alter in Lib. III. Art. LXXIV. occurrit. Si ad versionem Latinam respiciamus, iudicari non potest, qui coniux nocens quiue innocens fuerit? Diuortium si iure fuerit celebratum, verba vtroribique sonant. Verum textus vernacularis videtur definire, quis deferens, quis desertus? In Art. XXI. continetur: Quid  
aber

b) de mor. Germ. cap. XIX, verb. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens et maritis permisita. Accisis crinibus nudaram coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum vertere agit. Publicante enim pudicitiae nulla venit; non forma, non acte, non opibus maritum inuenerit.

c) I. ad Corintib. VII. v. 15.

aber ein Mann mit Recht von seinem Weibe gescheiden, in Art. LXXIV. autem casus inuersus proponitur: Wird ein Weib mit Recht von ihren Manne gescheiden: Quemadmodum itaque prior locus maritum innocentem, posterior e contrario vxorem innocentem tradit; ita per se patet, Art. XXI. huius loci esse. Verba ipsius Prior locus  
huc spectantia ita se habent: Wird aber ein Mann mit  
Recht von seinen Weib gescheiden, sie behält doch ihre  
Leib-Zucht, die er ihr gegeben hat an seinem eigen.  
Satis perspicue inde probari potest, quod vxor deserens  
omnia sua bona retineat. Si enim mulieri desertrici dotali-  
tum in bonis mariti constitutum manet, multo magis pro-  
pria bona manebunt. Cui accedit, quod mulier adultera  
nec iura sua, nec hereditatem perdat.<sup>d)</sup> Ergo nec amissio  
bonorum statuenda, dum vxor maritum malitiosa desertit,  
magis namque peccare in maritum vxorem impudicitia,  
quam malitiosa desertione, vel inde appetat, quod ex adul-  
terio partus suppositio metuenda, ex desertione non aequa.

### §. VIII.

Leges Romanorum ob malitiosam desertionem mari- Iure Romano  
to repudium vxori mittendi, concedunt licentiam; f) qua-  
re nunc bona vxoris malitiosae desertricis secundum ius ci-  
vile consideranda erunt. Quod ad dotem, inter profecti-  
tam et aduentitiam distinguendum; illam maritus vxorem  
citra rationabilem causam foris pernoctantem abiiciens lu-  
cratur, f) siue vxor deserens potestate patris exierit, siue in ea  
maritus ob  
vxoris maliti-  
osam deser-  
tionem dotem  
profectitiam  
indistincte lu-  
cratur.

d) Iur. Provinc. Lib. I. art. V. verb. Ein Weib mag mit Unkeuschheit  
ihres Leibes ihre weibliche Ehre tränken, ihr Recht verlässt  
sie aber damit nicht, noch ihr Erbe.

e) Nou. XXII. c. XV. §. 2. Nou. CXVII. c. VIII. §. 1. s. §. 3. C. derepud.

f) LL. sub e allegatis.

10 3101 DE BONIS Vxor is

ea adhuc constituta fuerit, quum leges marito innocentium lucrum dotis tribuentes inter mulierem in potestate patris existentem, et ea liberatam discrimen non faciant, nec aliunde illius applicatio ad nostrum scopum defendi possit; potius refellitur, si ad rationem, cur marito dos cedat, respiciamus, videtur ea esse, ut mulierum cupiditas vagandi refrænetur, earumque malefacta et transgressiones obligationis, voluntati mariti morem gerendi, amissione dotis coercentur, siquidem mulier indotata non facile occasionem ad secunda transeundi vota, quae Imperator Iustinianus<sup>g)</sup> post quinquennium permittit, inueniet. Haec ratio autem locum sibi vindicat, siue mulier desertrix filiafamilias, siue materfamilias sit.

§. IX.

Dissentie Stru-  
nius et Müller-  
rus, si vxor de-  
sertrix in pa-  
tria potestate  
ad huc exsistat.

Strunii argu-  
menta exami-  
nантur.

In aliam opinionem abit STRUVIVS<sup>b)</sup> autumans, quod diuortio facto, cui vxor causam praebuit, dotem profectitiam maritus tunc lucretur, si vxor emancipata, vel eius pater defunctus fuerit, vxore autem patriae potestati adhuc subiecta, dos profectitia ad patrem reuertatur. Hanc sententiam et PETRVS MÜLLERVS<sup>i)</sup> amplectitur. STRUVIVS fundatum suae opinionis ex Nou. XXII. c. XIX. l. 71. ff. de euict. l. 5. ff. de diuort. l. 19. ff. solut. matrim. mutuatus est, MÜLLERVS autem ex iure patri quaesito, cui malitiosa desertio filiae praejudicare haud posset, deriuavit. Verum hisce non obstantibus, thesis nostra firmo stat tali, dum argumenta contraria facilissimo negotio dilui possunt. Nou. XXII. c. XIX. prohibet coniuges sine consensu parentum repudia scribere, et sibi inuicem mittere, rationem in

prae-

g) in Nou. XXII. c. XV. §. 1. et c. XVIII. in fin.

b) Exerc. ad Pand. XXX. ib. XLIX.

i) in additam, ad STRUV. Exerc. XXX. ib. XLIX. not. sub γ.

## M A L I T I O S A E D E S E R T R I C I S . II

praeiudicio parentum ponit, idque respectu patris mariti ita demonstrat, vt, si dotem aut donationem antenuuptialem suscepit, facto repudio subiaceat exactioni vtriusque, ratione patris vxoris autem praeiudicium speciatim non indicatum, facile tamen inueniri potest, si ad effectum diuortii, qui vxore causam dante amissionem dotis gignit, respiciatur, vnde prono alueo fluit, Nou. allegatam magis ad thesin nostram propugnandam, quam destruendam, facere. *L. 7. ff. de euict. de diuortio* plane non agit, sed casum, vbi fundus dotalis constante matrimonio enictus, sistit, et quaerit, an pater, qui fundum istum dotis nomine dederit, durante matrimonio ad euictionem agere possit? Si filia in potestate sit, quaestio simpliciter affirmatur; circa emancipatam autem ratio dubitandi praemittitur, quod vno casu, filia scilicet in matrimonio mortua, dos ad patrem regrediatur, vnde colligitur, quod patri constante matrimonio ius, euictionem exigendi, haud competere videatur: tandem patri potestas, litem ad euictionem intendendi conceditur. Tantum hinc abest, vt mens huius legis sit, soluto matrimonio alios effectus doti profectitiae pro filia in patria potestate existente, alios doti pro emancipata constitutae, tribuere, vt potius iura patri repetitionem dōtis profectitiae soluto matrimonio permittant, etiamsi filia emancipata fuerit. <sup>k)</sup> *Lex 5. ff. de diuort.* supponit casum, vbi socer cum genero transegit, dotem sibi reddi, si ipso viuo vxor in matrimonio dederet, hoc casu autem non existente, dotem generum lucrari. Mulier huius conuentionis gnara in odium patris et amore viri diuertit, vt superstite patre vita non fungeretur in matrimonio, itaque vir dotem lucraretur. Verum lex patri contra fraudem filiae succurrentis, ipsi exactionem do-

<sup>k)</sup> *L. 10. pr. ff. solut. matrim. dos quemadmod. petat.*

etis concedit, atque si constante matrimonio obiisset filia. Distinctione igitur inter lucrum dotis pacto et lege innitens, eiusque applicatione ita adhibita, ut in lege commemorata uxoris diuertentis animus fuerit maritum lucro dotis vi pacti afficiendi, dubium inde ortum dimidetur. Lex denique 19 ff. solut. marr. continet thesin, quod muliere diuertente et actione ad repetitionem dotis a patre mota, his expiret, si vxor consensu patris in matrimonium reuersa fuerit.

§. 28.

Müller's rationes confituntur.

Petri MÜLLERI argumento, ex iure patri quae sito defumto, ante omnia obiicitur, quodsi illius, ratio habenda esset, indistincte pater diuortio subsecuto dotem exigeret, siue filia sui iuris fuerit, siue non, quum et priori casu iuxta legem in §. antecedente not. sub k, commemoratam, patri dotanti ius indubitatum competit, et tamen MÜLLERVS marito lucrum dotis relinquit, dum vxor emancipata causam diuortio praebuit. Neque fundamentum inuenire est, quod patri filiam familias dotanti maius tribuat ius, quam si filiae emancipatae dos constituantur. Resumamus autem MÜLLERI argumentum, indeque dubium in genere contra thesin §. VIII. allatam ita formemus. Si pater iure, dotem profectiam, mortua filia in matrimonio, repetendi, gaudeat, filia ansam diuortio suppeditans patri praejudicium creare ipsiusque ius minuere, aut plane auferre nequit, quum effato Papiniani<sup>1)</sup> alteri per alterum iniqua conditio non debeat inferri. Haec dubitandi ratio legis dispositio- ni expressae derogare nequit, ne autem ista iniquitatis arguatur, paucis demonstrabo, iustas adesse causas, cur factum filiae patri sit detimento. Vxore occasionem diuortio

prae-

1) in l. 74. ff. de R.I.

præbente, maritus et pater præiudicio auertendo impendunt operam. Vtriusque intentio expleri nequit, hinc quaeritur; quem præferri aequius sit? Et quum pater ab omni culpa non alienus, quando filia maritum deserit, circumspicior enim educatio filiam forsitan moratiorem redidisset; marito autem praui mores vxoris ita imputari nequeant, aequitate exigente mariti conditio melior habita fuit. Cui accedit, quod marito dotem lucrante uxoris desertricis improbitas magis coercentur, quam si dos ad patrem reuertatur, siquidem hoc casu nonsolum pater absque incommoditate filiam ad secunda vota transeuntem rursus dotare posset, verum etiam post ipsius obitum, filiae patri succedentis, maior hereditatis portio obueniret, quae consideratio et fortasse in causa fuit, cur ne quidem post obitum mariti dos ad patrem regrediatur. Si autem lex patri, mortua filia, reperitionem dotis concedens extaret, nihil contra ipsam monendum foret.

## §. XI.

Thesis iuris Romani de dote profectitia haec tenus sat dilucidata, limitationem quodammodo patitur, si ex uxore desertrice liberi nati fuerint, hisce enim dominium in dote seruatur, <sup>m)</sup> ususfructus autem penes patrem, quoad viuit, remanet, <sup>n)</sup> vnde inter talem dotem et peculium aduentitium liberorum insigne intercedit discrimen. Pariter et limitatio theseos notanda, si pater stipulatus est, dotem sibi reddi, quando matrimonium solutum, maritus enim in talem stipulationem consentiens iuri dotem lucrandi, si uxor diuortio causam dederit, renunciauit, et patris iuri perfecte tunc quae sit filia præiudicare nequit. Aliter

B 3

sentien-

*Si ex uxore  
desertrice li-  
beri nati fue-  
rint, bis do-  
minium in do-  
te profectitia  
conseruatur.*

m) *Nou. CXVII. c. VIII. pr. l. 8 §. 7. C. de repud.*

n) *c. l. 8.*

sentiendum, si pater redditum dotis in casum mortis filiae sibi reseruauerit, haec pactio continens ea, quae iam iuris sunt, diuortium non comprehendit, hinc illo praeuia vxoris culpa subsecuto, decisio quaestzionis, cuinam dos cedat? non ex conuentione, sed legis dispositione deriuanda. Neque nocet, quod iuxta l. 5. ff. de diuort. casus mortis casum diuortii complectatur, nam hoc tum demum procedit, quando vxor et maritus in praeiudicium patris colludunt, ne maritus factio illicto suam conditionem faciat meliorem. Non tamen patri ita pacienti, ius, mortua filia dotem marito condicendi, adimendum esse duco, modo verba, quibus transfigentes vii sunt, non ostendant, de casu contingente haud fuisse cogitatum.

## §. XII.

*Dos aduentitia, factio diuortio, marito innocentie credit,*

*nisi dans, soluto matrimonio, eandem sibi restituit, stipulatus sit.*

Generalitas legum in §. VIII. lit. sub e. commemoratarum marito lucrum dotis tribuentium, si ob malitiosam desertionem vxoris matrimonium soluatur, ad dotem aduentitiam eo rectius trahitur, quo certius est, dotem aduentitiam vxore mortua ipsius heredes petere, <sup>o)</sup> quare vxor, cuius ob desertionem maritus dotem aduentitiam lucratur, suis heredibus tantum praeiudicat, quod praeiudicium tamen in liberos non cadit, quia his extantibus proprietas dotis aduentitiae seruatur. Alia sententia amplectenda, si quis stipulatus sit, dotem aduentitiam soluto matrimonio sibi restitui; tunc enim diuortio facto, dotem ad stipulatorem reuerti, disertis dispositum est verbis. <sup>p)</sup> Quod si autem dotem aduentitiam dans, pactio de reditu in casum mortis vxoris inierit, dos, diuortio ob culpam vxoris facta, manet

<sup>o)</sup> l. vñ. §. 6. C. de rei uxori. act. Nov. XCIX. c. I.

<sup>p)</sup> l. 24. C. de iur. dot.

manet penes maritum, quoad vxor viuit, hac vero de-  
cedente conuentio illa effecta sua producit.

## §. XIII.

Vxore indotata diuortio causam praebente, maritus  
quartam partem ex mulieris substantia lucratur, quae pars  
tamen centum libras auri non excedat.<sup>4)</sup> Liberis extan-  
tibus solus vsusfructus illius quartae patri competit, pro-  
prietas vero ipsis cedit.<sup>5)</sup>

*Si vxor indo-  
tata maritum  
defrerit, hic  
quarum par-  
tem ex eius  
substantia lu-  
cratur.*

## §. XIV.

Dispositiōrum poenaliū extensionem haud suscipi-  
endam esse, caret dubio,<sup>6)</sup> cui consequens est, quae haec  
nus de dotis amissione dicta fuerint, ad bona parapherna  
praeter dotem illata neutiquam trahi posse, haec vxori, li-  
cet ob eius culpam diuortium factum, vsusfructus et pro-  
prietatis iure manent; vnicum tamen casum excipiendum  
esse, autumo. Donationem propter nuptias bonis para-  
phernis vxoris ad numero. Quaecunque enim bona vxo-  
ris sub ambitu dotis non veniunt, ea iure ciuili ad para-  
pherna referenda; donatio propter nuptias non ad susti-  
nenda matrimonii onera, sed in securitatem dotis,<sup>7)</sup> intro-  
ducta, proinde donationi propter nuptias non inter dota-  
lia, sed paraphernalia, locus assignandus. Et licet plures  
Doctores afferant,<sup>8)</sup> constante matrimonio vxori non do-  
minium in re propter nuptias donata, sed meram hypothe-

*Bona para-  
phernalia  
vxor maritum  
defrens, non  
amittit.*

*Excipitur do-  
natio propter  
nuptias.*

q) I. 11. §. 1. C. de repud.

2) c. I. 11.

3) I. 15. §. 2. ff. de R. I. C. 49. cod. in 60.

t) I. fin. pr. C. de donat. ante nupt.

v) LAVTERB. Colleg. Praef. Lib. XXIII. Tit. III. §. XL. PETR.  
MÜLLER. in addit. ad Struv. Exere. XXX. tb. XXXVI. not. sub p.  
ECKOLT. ad Pand. Libr. XXIII. Tit. III. §. VIII.

*Dominium et  
hypotheca in  
re propter nu-  
ptias donata  
defenditur.*

cam, competere, inde tamen veritas assertionis meae offensionem non sentit; quum nihil vetet hypothecas et pignora, quibus vxor gaudet, et in numero paraphernorum collare. Deinde maiori fundamento dominium rei propter nuptias donatae vxori afferitur, quam negatur. Leges <sup>w)</sup> disertis verbis vxori res propter nuptias donatas, matrimonio adhuc constituto, vindicandi tribuunt potestatem, et indubitate effactus dominii est rei vindicatio. Cuicunque igitur ius rem vindicandi conceditur, illi dominium rei necessario quoque concedendum. Dissidentes quidem vrgent, 1) indubium esse, mulierem ius pignoris in rebus propter nuptias donatis habere, pignus autem rei sue nullo modo consistere posse; <sup>x)</sup> 2) nudis pactis non transferri dominium, sed traditionibus. Verum discussio dubiorum illorum non erit difficilis. Equidem non nego, mulieri tacitam hypothecam intuitu donationis propter nuptias constitutam esse, quum leges <sup>y)</sup> ea de re satis clare disponant; ast nondum satis constat, an hypotheca specialis, <sup>z)</sup> generalis sit nominanda? Si posteriorem defendamus, res erit salua, et in alia re dominium, in alia hypotheca deprehenditur. Quodsi autem et hypotheca specialis afferatur, idque si res propter nuptias donata sit species, in una eademque re, proprietas et hypotheca admittatur, neutiquam tamen procreatur paradoxum, dummodo cum SWENDEN-DÖRFFERO <sup>z)</sup> distinguamus, inter dominium ex iure singulari et ex iure communi competens. In re ex iure communi propria, pignus non subsistit, dominium autem ex iure speciali acquisitum hypothecam non semper respuit;

ita

w) I. 29. C. de iur. dot. Nou. XCVII. c. VI.

x) I. 45. ff. de R. I. l. pen. in fin. ff. de except. rei indic.

y) I. 29. C. de iur. dot. I. 12. §. 2. C. qui pot. in pign.

z) in not. ad Eckylt. c. l. verb. non aequo,

## MALITIOSAE DESERTRICIS.

ita legatario in re legata dominium et hypotheca,<sup>a)</sup> pariter et pupillo in rebus sua pecunia a tutore emitis,<sup>b)</sup> tribuitur, quae omnia et recte ad res propter nuptias donatas trahuntur, et responsionem ad alterum dubium una continent, siquidem tralatitium est, saepius dominia non traditionibus, sed ipso iure adquiri.  
§. XV.

Quamvis itaque satis probatum sit, donationem propter nuptias partem bonorum vxoris paraphernorum constituisse, et, diuortio ob vxoris culpam facto, paraphernalia ad vxorem redire, dubio caret; nihil tamen minus donatione propter nuptias perit,<sup>c)</sup> eiusque effectus nullus amplius appareret, si vxor diuortio causam dederit, cuius rei ratio est, quod tali casu qualitas dotis extincta, hinc securitati dotis alterius studere, superuacaneum est. Neque ista ex ratione conservatio donationis propter nuptias tunc propugnanda, si liberis extantibus proprietas dotis seruetur, quem liberis in bonis patris ob bona materna hypotheca iam competit.<sup>d)</sup>

Donatio pro-  
pter nuptias,  
vxore mari-  
tum deser-  
te, perit.

## §. XVI.

Haec de vxoris desertricis bonis, quoad viuit, sufficiant; restat, ut paucis ostendam, quid LL. Romanae de iis post obitum vxoris disponant. Bonorum possessio, unde vir et vxor, qua coniux superstes, coniugi sine heredibus decedenti ex alse succedit, pariter et Imperator Iustinianus notum beneficium,<sup>e)</sup> quo superstes coniux cum extanti-

Maritus uxori  
desertrici non  
succedit.

- C. bus
- a) l. 1. C. comm. de legat.
- b) l. 2. ff. quand. ex fact. tut. l. 7. pr. ff. qui por. in pigg.
- c) Non. XXII. c. XV. §. 2. l. 8. §. 5. C. de repud.
- d) L. 6. §. 4. C. de bon. quae lib.
- e) in Nov. LIII. c. VI. et Non. CXVII. c. V. extans.



bus liberis communibus, vel his deficientibus; cum aliis heredibus certo modo ad successionem admittitur, supponit, usque ad mortem coniugis matrimonium substitutum, hinc nullum dubium, quin maritus vxori, ob eius malitiam desertionem matrimonium solutum, nulla ratione succedere possit. Neque obstat, quod disqualification praesens sit otiosa, quum lex posterior<sup>b)</sup> prohibeat, virum ex substantia mulieris post ipsius obitum partem certam accipere; id enim de casu intelligendum, ubi maritus iniustum repudium misit vxori.<sup>b)</sup>

## §. XVII.

De tribunal nunc discedo et fora Saxonica viso. Ea docent, conditionem vxoris malitiae desertricis diuorem esse, quam iure ciuili, attamen et animaduerto, praejudicia non semper conspirare, prout casus nouissime in causa I. A. K. contra L. K. L. coram Academia Lipsiensi ventilatus sententiaeque ibidem latae, quas in fine Dissertationis legere est, commonstrant. Opera hinc pretium erit, bona vxoris desertricis secundum ius Saxonum Electorale delineata.

## IVX.

rc.

f) I. vn. §. 1. ff. unde vir et uxori, verb. ut autem haec bonorum possessio locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore. Neque verba posteriora: sed si diuornum quidem secundum sic, veruntamen iure durat matrimonium: haec successio locum non habet, aliud demonstrat, VNPANVS enim in verbis subfrequentibus: hoc autem in huiusmodi speciebus procedit; liberta ab inuitu patrono diuertit. Lex Iulia de matritandis ordinibus retinet istam in matrimonio: dum eam prohiberet an numeri inuitu patroni; item Iulia de adulteriis, nisi certo modo diuornum factum sit, pro infesto habet, mentem suam ita explicat, ut diuornum illegitimo modo factum effectus respectu Patroni, tanquam partis innocentis, non producat.

g) Nou. CXVII. c. V. verb. virum enim in talibus casibus quartam secundum priorem nostram legem ex substantia mulieris accipere, modis omib[us] prohibemus.

h) LAVTERB. Colleg. Praet. P. II. de success. iur. nouiss. §. XLVI. p. 1140.

M A L I T I O S A E D E S E R T R I C I S . 19

Vnica lex in iure patrio extat, effectus malitiosae de-  
sertionis definiens. *Constitutio XXVI. P. III.* eos ita ex-  
primit: Da der Mann die Frau oder die Frau den  
Mann, böslich verlässt, von ihm wegläuft, oder in  
großer Leibes-Schwachheit, darin er oder sie gestor-  
ben, deseriret, und solche Ursachen zu recht erheblich er-  
kandt worden; so soll dem schuldigen und verbrechen-  
den Theil dasjenige, so ihm aus der Eheschließung, Statur,  
Gewohnheit oder Recht von des Verstorbenen Gütern  
gebühret, auf dem Fall, da des Verstorbenen Erben  
solches wiedersechten, nicht folgen, sondern denen Er-  
ben zuerkandt werden; es wäre denn die Eheschei-  
lung zwischen Mann und Weib zu Recht erkandt,  
oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil  
bey seinem Leben verzichen, oder in seinem Testament  
nachfolgend's etwas vermachet, darbey wir es auch  
bleiben lassen. Verum *Constitutio illa tantum de casu lo-*  
*quitur, vbi per sententiam vinculum matrimonii viuo con-*  
*iuge deserto non solutum, et partem nocentem supersti-*  
*tem eo lucro, quod aliis ex bonis defuncti cepisset, priuat,*  
*vnde Constitutio ista nostrum scopum haud adiuuat.* Ne-  
que in contrarium verba: es wäre denn die Eheschei-  
lung zwischen Mann und Weib zu Recht erkandt,  
adduci possunt; tantum enim abest, vt hisce verbis solutio  
matrimonii quoad vinculum, vt potius separatio quoad tho-  
rum et mensam comprehendatur; siquidem exceptionem  
regulae antea traditae verba ista continent, regula autem  
vult, vt coniux deserens ex bonis defuncti innocentis ni-  
hil lucretur, cui consequens est, exceptionem ad casum, vbi  
matrimonii vinculum per sententiam solutum, respicere non  
posse, quum nullum dubium, quin tunc superstes coniux  
nocens ex defuncti bonis nihil capere possit. Vt autem

C 2

B. L.



20 DE BONIS Vxoristijam

B. L. omni dubio circa sensum Constitutionis commemo-  
ratae liberetur, istum clariorem reddam. Constitutio potis-  
sum odio afficit coniuges, qui se ipsos officiis suis ab-  
soluant, indeque heredibus coniugis deseriti, coniugi des-  
erenti, ex bonis defuncti lucrum petenti, contradicendi tri-  
buit facultatem; mitius autem cum iis coniugibus agendum  
esse, autumat, quibus Magistratus auctoritate expletio offi-  
ciorum suorum remissa.

§. XVIII.

Etsi itaque in Saxonia nostra expressa sanctio non ap-  
pareat, quae determinet, quid de bonis vxoris malitiosae  
desertricis sentiendum, fundamenta tamen non deficiunt,  
vnde veritas rei colligi possit; cuius demonstrationi ope-  
ram nunc impendam. Exordium duco a bonis dotalibus;  
circa ea non origo, sed obiectum, disquisitioni praebet cau-  
sam. Parum refert, quis dotem constituerit; vna eadem  
que obtinent iura, sive a patre, sive a muliere ipsa, sive ab  
alio dos prouenerit, hinc extra dubitationis aleam positum,  
in foris Saxonice discrimen dotis inter profectitiam et ad-  
uentitiam utilitatem non asserere.<sup>i)</sup> Reciuis autem distin-  
ctio tenenda inter dotem in re mobili et immobili consi-  
stentem. Quid res mobilis sit, non eget discussione, circa  
rem immobilem autem paululum morabor. Ad eam res,  
quae sua natura quidem mobilis, iuris intellectu autem im-  
mobilis aestimatur, merito trahitur. In diadicanda autem  
quaestione, vtrum dos ad rem mobilem, an immobilem re-  
ferenda, ad tempus constitutionis regulariter respiciendum;  
vnde, si pecunia dotali fundus a marito comparetur, obie-  
ctum dotis haud mutatur, sed illud manet res mobilis, si  
quidem res fit eius, qui eandem emit, et per traditionem  
conse-

Fundus a ma-  
rito pecunia  
dotali compa-  
ratus, non fit  
dotalis,

i) BERGER. in Oscon. iur. Lib. I, Tit. III, §. X, not. 2 p. 124.

M A L I T I O S A E D E S E R T R I C I S . 21

consequitur, quantumvis ex pecunia alterius fuerit comparata, <sup>k)</sup> multo igitur magis illud obtinebit in iis rebus, quae pecunia dotali sunt emtae, imprimis quam illa doctrina expressa lege <sup>l)</sup> innitatur. Sunt tamen et argumenta, quibus alii contrariam opinionem defendere conantur. Prouocant dissentientes <sup>1)</sup> ad tritum illud, surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum surrogatur; 2) pertinet argumentum ex l. 25. et 27. de iur. dot. vt pote quibus concessum sit, dotem, constante matrimonio ex pecunia in rem permutari; 3) adducunt l. 54. de iur. dot. qua res ex dotali pecunia comparatae simpliciter dotales vocarentur; denique 4) vrgent l. 2. quand. ex fact. tur. vbi res ex pecunia pupillari a tute proprie nomine comparata pupillo dicatur adquiri. Verum hae rationes tantae non sunt, vt nostram fententiam labefaciant, potius funditus destrui possunt; ita quod ad 1), regula allata ceteris paribus locum sibi vindicat, si nomine surrogati veniat id, quod, conuentione partium certa eademque expressa, in locum alterius rei succedit, hoc animo, vt indolem eius ubique consequatur; at hoc sensu res pecunia dotali comparata surrogatum neutiquam dici potest; ad 2), ibidem est sermo de permutatione, quae expressa cum vxoris, tum mariti, voluntate fit, atque ea lege, vt res illa, quae ex permutatione, interuentu pecuniae dotalis ad maritum et vxorem peruenit, pariter dotalis efficiatur. Paclio autem tali permutationi vel alii conuentioni adiecto, recte res pro pecunia dotali comparata in dotalem conuertitur; <sup>m)</sup> ad 3), res ex pecunia dotali

C 3

ad-

k) L. 4. C. comim. vtr. iud. l. 6. C. de R. V. l. 1. et 8. C. si quis alteri vel sibi.

l) L. 12. C. de iur. dot. ibi; ex pecunia dotali fundus a marito tuo comparatus non tibi quaeritur.

m) L. 21. ff. de paci. dotal. verb. nam constat, posse inter uxorem et vi-

ram

22 213 DE BONIS Vxoris

adquisitae non simpliciter dotales vocantur, sed tantum tales videri dicuntur, vnde GAIUS in *lege commemorata* 54. rem pecunia dotali emtam vere dotalem neutiquam habet, sed dotalibus saltē eum in finem aequiparat, vt vxor, marito non soluendo existente, rem interueniente pecunia dotali comparatam actione non quidem directa, sed utile, vindicare valeat; <sup>o)</sup> tandem ad 4), fauor pro pupillis introductus et singulari iuris ratione innitens extensionem non patitur. <sup>o)</sup>

§. XIX.

*Maritus ex re  
dotali immo-  
bili, mobilem  
efficere nequit.*

Maritum fundum dotalem alienare, prohibet lex Iulia, <sup>p)</sup> cui consequens est, maritum ex re dotali immobili mobilem efficere haud posse, quodsi autem in alienationem fundi dotalis vxor ipsiusque curator consentiat, alienatio subsistit, vt postea dos in re mobili consistat. Et licet quidam <sup>o)</sup> ad eiusmodi alienationem causae cognitionem et decretum Magistratus argumento eorum, quae de rebus minorum in iure expressa sunt, requirant, in praxi tamen hoc neutiquam obseruantur.

§. XX.

*Bona vxoris  
mobilia, pos-*

Hisce praemissis, quae ad illustrationem divisionis rei dotalis in mobilem et immobilem faciunt, necesse erit, demonstrare, vnde ad fora Saxonica tale discrimen transferit, et quales effectus ad nostrum scopum inde deriuandi. Ius Saxonicum commune inter bona vxoris mobilia et immobilia

*rum conueniri, vt dos, quae in pecunia numerata esset, permittaretur et transferatur in corpora, cum mulieri prodeat.*

- n)* L. 55. ff. de donat. int. vir. et uxori.
- o)* L. 14 ff. de LL. BERGER. in Disp. alleg. §. XL.
- p)* L. 4. 5. ff. de fund. dot.
- q)* BERLICH. P. III. Concl. XXIX. n. 95. 96.

MALITIOSAE DESERTRICIS. 23

bilia diserte distinguit; et priora post obitum vxoris, excepta Gerada, marito, haec autem aliis vxoris hereditibus tribuit. Ita Lib. I. art. XXXI. verba: stirbt das Weib bey des Mannes Leben, sie erbet keine fahrende Haabe, denn allein Gerad und Eigen, <sup>1)</sup> als sie das hat an ihren Nähesten, et Lib. III. art. LXXVI. haec leguntur: hat aber die Frau einen andern Mann genommen, und wäre er zu ihr und den Kindern in das ungetheilte Gut eingefahren, und stirbet denn das Weib, der Mann behält alle des Weibes fahrende Haabe, das Gebau aber, da die Frau innen war, und die Gerade behält er nicht. Ex iure Saxonicō communī in Saxoniā Electoralem distinctio bonorum uxoris in mobilia et immobilia transit, et quia ibi bona dotalia a reliquis uxoris bonis segregata sunt, discrimen illud pariter ad bona dotalia trahere patria nostra incepit. Bonā uxoris mobilia post ipsius obitum marito, immobilia autem aliis hereditibus apud nos aequē cedunt. Conf. XXI. P. III. clare disponit: so seynd unsere Verordnē hierinuen einig, daß das unvertragte Erbegeld, weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet und abgeleget wird, und noch darinnen steht, als ein unbeweglich Gut, auf des verstorbenen Weibes Erben, das betragt aber auf den Mann fallen und kommen soll. Quo ipso euincitur, maritum in Saxonia post obitum uxoris mera immobilia relinquentis plane nihil lucrari, quam ipsi tantum ius in mobilia succedendi competat. Neque obiici potest, quod hoc casu maritus ad ductum iuris communis succedat, et deficientibus mobili-

*ipsius obitum  
ad maritum  
spectant, in  
immobilia aliis  
heredes succe-  
dant.*

*Ex bonis uxo-  
ris immobili-  
bus maritus  
nihil plane  
lucratur.*

<sup>1)</sup> vocabulum eigen substantiue hic capitur, et denotat immobilia. *Gloss.*  
*ad Ius Prou. Lib. II. art. XLI. verb. sein Gewette, Celeberr. WAG-  
TER, in Glossar. Germ. voc. Eigen.*

libus quartam partem ex immobilibus vxoris bonis capiat, quam BERGERVS<sup>3)</sup> legitimam mariti nuncupat, nam in terris nostris ius ciuale ad applicationem non trahendum, quando ius Saxonicum communè decisionem rei controveriae suppeditat; et dubio caret, ius Saxonicum commune quaestionem, an maritus, si vxoris mortuae hereditas in meritis bonis immobilibus consistat, iure succedendi gaudet, ita decidere, ut nihil inde accipiat. Immobilia simpliciter ad proximos vxoris heredes transmittuntur, et maritus ab iis penitus excluditur; unde sua sponte fluit, quod maritus in praeiudicium vxoris proximorum heredum, ne quidem deficientibus mobilibus, ad bona immobilia adspirare valeat, et argumentum: Quicunque successionis in certa bona ob fauorem tertii exul declaratur, ille extante eo, cuius fator versatur, lucro istorum bonorum, etiamsi alia deficiant, carere debet, recte se habeat, alias et inarito, si nulla mobilia ab vxore relicta essent, ex rebus Geradicis portio quaedam cederet. Et licet cum fundamento defendatur, filiis legitimam ex Gerada deberi, si mater nulla alia bona reliquerit; inde tamen, inarito ex bonis vxoris immobilibus, deficientibus mobilibus, partem quandam petere volentis, intentio non adiuuatur, legitima ex bonis matris filii necessario debetur, marito autem ex bonis vxoris pars quaedam non aequae.

## §. XXI.

*Matrimonio ob malitiosam vxoris desertionem apud nos soluto, distinctionis rei dotalis in mobilem et immobilēm ante omnia habenda est ratio. Illam vxor deserens amittit, et maritus lucratur, quod tunc quoque verum, vbi fundus dotalis ante diuortium requisitis §. XIX. enumeratis tur.*

*s) in Disp. de legitima mariti.*

MALITIOSAE DESERTRICIS. 25

adhibitis alienatus, et pecunia inde redacta alia res immo-  
bilis vxoris consensu iterum non comparata, vel maritus  
solus nummos dotis nomine acceptos, in emotionem praed-  
dii impedit. Mores nostri in rebus mobilibus dotalibus  
tam radicatum marito ius tribuunt, vt vxor illud neque  
actibus inter viuos, neque ultimarum voluntatum, tollere  
aut minuere queat;<sup>t)</sup> multo minus igitur vxor factio illicito,  
malitiosa desertione puta, illud ius marito auferre, et  
subsecuto diuortio rem dotaalem mobilem petere valet,  
quemadmodum et nulli dubitationi obnoxium, vxorem adul-  
teram marito non praeiudicare, matrimonioque inde so-  
luto dotis restitutioni frustra impendere operam.<sup>v)</sup> Effas-  
tum PAPINIANI,<sup>w)</sup> alteri per alterum iniquam condicio-  
nem inferri, prohibet, et VLPIANI<sup>x)</sup> sententia, neminem  
ex suo delicto meliorem suam conditionem facere posse,  
fatis nota. Quodsi autem ad vxorem maritum malitiosa  
deserentem res dotalis mobilis rediret, delictum ipsi foret  
coimmodo, quum de ea nunc ex arbitrio inter viuos vel  
ultima voluntate disponendi iure gauderet, quod antea non  
competuisse. Verum grauiter obstat, Speculum Saxonicum  
Lib. I. Art. XXI. vt vxor desertrix sua bona refineat, dif-  
ponere, etiamsi Lib. I. art. XXXI. et Lib. III. art. LXXVI.  
marito indubitatum ius in bona vxoris mobilia succedendi  
concessum; iam vero iure patrio problema in praesenti §.  
veniaturum non decisum, vnde nemo de applicatione Spe-  
culi Saxonici ad nostrum casum dubitabit. Non nego, du-  
biuum istud me initio fere commouisse, vt in nostris terris  
maritum desertum lucri rei dotalis mobilis capacem haud

D

iudi-

t) Conf. El. VII. P. III. CARPOV. ad tandem Defin. III. et V.

v) Conf. El. XXI. P. IV. CARPOV. P. III. Conf. XXVI. Defin. XXII.

w) L. 74 ff. de R. I.

2776 l. 134. §. 2. ff. eod.

26810 DE BONIS UXORIS IAM

iudicassem, ast re paulo curatus expensa, deprehendi, argumenta extare, quae dubium istud diluant. Speculum Saxonum seculo XIII. et quidem post annum 1230. attamen ante annum 1256. compilatum esse, verosimilibus probatur coniecturis, Lib. I. art. III. in fin. <sup>1)</sup>) Constitutionis Pontificis Innocentii III. mentio iniicitur, et ista Constitutio in c. 8. X. de consang. et affin. et c. 3. X. de clandest. desp. extans cum Decretalibus a Gregorio IX. anno 1230. edita fuit, vnde sua sponte fluit, tempore compilationis Speculi Saxonici istam Constitutionem Innocentii III. notam fuisse, de quo post annum 1230. dubitandum haud est. Deinde ex Instrumento ab Abbatissa et Ecclesia Gandersheimensi anno 1256. intuitu certae donationis confecto <sup>2)</sup> colligere est, tunc temporis Speculum Saxonum in vsu iam fuisse; quare recte concluditur quod Speculum Saxonum ante annum 1256. compilatum fuerit. Et qutum seculo XIV. occasione Academiarum fundatarum ius Ciuile ex Italia in Germaniam migrauerit, colligo, quod tempore compilationis Speculi Saxonici maiores nostri de dote, prout iuxta leges Romanas pro muliere constituitur, notitiam adepti haud fuerint, ideoque in Speculo Saxonico dispositio de doce neutiquam inuenienda. Merito igitur fundamentum decidendi quaestionem, an diuortio ob malitiosam vxoris desertionem facto, rem dotalem mobilem maritus lucretur, non ex Speculo Saxonico, sed ex rationibus iamiam commemoratis deriuamus.

§. XXII.

y) verb. Ob nun wohl der Pabst erlanget hat, sich mit einander zu verheyren in den fünften Grad, so mag er doch kein Recht setzen, da er unser Land- und Lehn-Recht mit andern oder Bränden möge.

2) verba Instrumenti ita sonant: sicut oportuit et Ius Saxonum obtinuit, vid. LEVCKFELDI Antiquitat. Gandersheimens. c. XVI. p. 132.

## §. XXII.

Sine dote dotalitium non subsistit, et mulier indotata nullum dotalitium petere v<sup>aleat</sup>, <sup>a)</sup> nullum itaque dubium, un<sup>us</sup> vxor ob malitiosam desertionem dotem amittens dotalitium antea ipsi constitutum quoque amittat, cuius alterationis fundamentum haud leue *Conf. El. XLII. P. II.* suppeditat, sanciens, dotem expirare, dum vxor dotalitium petit, vnde merito ratiocinor, dotalitium peti non posse, si nulla dos extet, quae extingui possit. Et quid multa? *Conf. El. XXVI. P. III.* coniugem deserentem omnis lucri, quod ipsi alias ex statuto, pacto dotali, consuetudine vel iure cedit, incapacem reddit. Neque huic thesi Ius Saxonum Provinciale *Lib. I. art. XXI.* adueratur, dotalitium vxori desertici disertis tribuens verbis: dotalitii enim facies olim alia fuit, ac hodie est. Teutones solliciti fuere de tuenda viduarum suarum dignitate et opimis alimentis constituendis; quare dotem vxoribus praebuere mariti; huius maritalis dotis constitutio non ad sustinenda onera matrimonii pertinuit, sed prouisionem aut praestationem alimentorum mulieris, sicubi vidua esse, finem praecipuum agnouit. Haec dos maritalis Dotalitium, sive Donarium, Dotarium, seu Doarium, *Leib-Zucht*, <sup>b)</sup>

D 2

Leib-

*Mulier desertrix dotalitium amittit.*

*Obj.*  
*Iur. Provin.*  
*Lib. I. art.*  
*XXI.*

*Respo.*

a) *Dec. El. LV. ibi:* Do aber dem Ehemanne bey seinem Leben einiges Ehegeld nicht versprochen, noch verschrieben, vielweniger einige Abrede oder Abhandlung deswegen vorgegangen, noch erweislich bezubringen, so konten die Lebensfolger die Wittib, wenn sie gleich ein Ehe-Geld nachmahl einzubringen anbeut, soz Vleibdingen mit Bestande nicht angehalten werden.

b) compositum a Leib, quod vitam, et Zucht, quod alimenta denotat. *Ces. Leibert. W A C H T E R. voc. Leib. OTFRIDVS Lib. II. cap. XXI. 65.*

*This dagalichum zubti  
Gib bia uns mit gynubti.  
Vidum quotidianum  
Da nobis hodie cum satietate.*

**Leib Gedinge,**<sup>c)</sup> dicebatur, et quondam in allodiis maxime constituebatur,<sup>d)</sup> quamvis negandum non sit, et in feudis iam olim dotalitiae constituta fuisse, hinc compilator iuris Saxonici Prouincialis in *Lib. III. art. LXXV.* non tam formam dotalitiae, quam consilium in uxoris utilitatem tendens, in medium protulisse videtur, cui et *Glossa*<sup>e)</sup> ad locum commemoratum adstipulatur. Successu autem temporis, et dum in Germania dos Romana et donatio propter nuptias innoscere incepit, dotalitium alio vestimento inducum apparuit, videlicet maiores nostri penitentes, donacionem propter nuptias dotem a muliere illatam requirere, auctorabant, et ad dotalitium dotis illationem a muliere factam necessariam esse; et quemadmodum effecta sua donatione propter nuptias, potissimum soluto matrimonio, exercebat, et vna cum dote vxori non adquirebatur; ita pariter dotalitii usus, soluto deum matrimonio, ad viduam transiit, viduaque dotalitium petens dotem illatam repetendi iure pruabatur, quae opinio lege Saxonica Electorali differente corroborata, vti pater ex citata *Conf. XLII. P. II.* Ex quibus omnibus satis liquet, dispositionem Iuris Saxonici Prouincialis in principio §. allegatam hodie ad dotalitium minime trahi posse, potius indubitatis argumentis contrarium recte statui.

## §. XXIII.

**Pariter donationem propter nuptias vxori ex pactis dotalibus hodie ut plurimum adquiri, constat, vbi ipsius natura alia est,**

**Pariter donationem propter nuptias perdit.**

c) Conuentio de sustentatione ad dies vitae; dum geding, pactum, indicat. Celeberr. WACHTER c. I.

d) Ius Saxon. Princ. *Lib. III. art. LXXV.* ibi: an eigenem Gai ist rechte Gab und Leib. Dacht der Frauen, denn es ihnen daran niemand brechen mag zu ihren Leib, und nicht an Leben.

e) verb. dieses und dergleichen hat Herr Eden dazu bewogen, das zu dem eigen diffals mehr gerathen hat.

ac iure Romano, quo, dotationem propter nuptias, matrimonio soluto, ad maritum reuerti, sancitum.<sup>f)</sup> Hinc quaestio emergit, an vxor, malitiosa desertrix, lucro donationis propter nuptias pactis dotalibus submittente orba fiat? Puto omnino, quam pauci dotalia rebus sic stantibus sint intelligenda,<sup>g)</sup> ut matrimonium usque ad mortem mariti substituerit, hincque ad casum contra intentionem pacienter contingentem, quo matrimonium viuo marito soluitur, neutrāquam trahenda, potissimum quum *Conf. El. XXVI. P. III.* coniugem deserentem omni lucro pactis dotalibus contento indignum declarat; idque penes heredes defuncti coniugis innocentis manere disponat.

## §. XXIV.

Bona e contrario, immobilia dotis nomine illata vxori, quando ob ipsius malitiosam desertionem matrimonium soluitur, restitu debent. Bona dotalia immobilia in dominio vxoris remanent, ex iis maritus post obitum vxoris nihil capit, sed transeunt ad heredes vxoris testamentarios vel legitimos. Marito quidem v夫usfructus rerum dotalium immobilium competit; verum ad matrimonii onera respectum inuoluit, vnde, his cestantibus ob solutum matrimonium, v夫usfructus quoque cessat, neque tunc maritus causam, cur alterius fundo dotali vti velit, allegare potest. Quae satis euineant, argumentorum in §. XXI. de rebus dotalibus mobilibus commemoratorum, quibus marito ab uxore deserente separato lucrum dotis in re mobili consistentis defensum est, applicationē ad bona dotalia immobilia locum haud inuenire; moribus igitur hac in re dispositioni iuris Saxo-

*Bona dotalia  
immobilia ma-  
nenit vxori  
malitiosae de-  
sertrici.*

D. 3. nici  
f) Autem, Dos data C. de donat. ante nupt.  
g) L. 137. §. 6. ff. de V. O. L. 8. vbi gloss. ff. de condic. caus. dat. conf. sign. sec.

36 DE BONIS VXORIS IAM

nici Provincialis Lib. I. art. XXI. non aduersantibus, argumentum quoddam, vxori desertrici bona dotalia immobilia conseruanda esse, recte inde petitur, sed obstat, quod hac ratione marito per factum vxoris illicitum praeiudicium inferatur, vxorisque conditio, dum ex bonis immobilibus vsumfructum percipiendi eaque pro lubitu administrandi gaudet iure, reddatur melior; Dubium hoc statim corruit, quando negatur, marito, qui post diuortium ob vxoris malitiosam desertionem vsumfructum in re dotali immobili amittit, praeiudicari; soluto enim per mortem matrimonio, marito ex bonis dotalibus immobilibus nihil adquiritur, vnde praeiudicium mariti, licet casus, vbi vxor causam diuortio non praebuisse, sed in matrimonio aliquando vita decessisset, veniat in considerationem, neutiquam concipi potest, praeiudicium autem marito, quoad vxor vivit, ita contingens, vt, si matrimonium ob desertionem vxoris solutum haud fuisse, marito vsque ad obitum vxoris vsumfructus competiisset, facillimo negotio inde remoueri potest, quod vsumfructus rei dotalis immobilis ad maritum spectet, vt eo melius onera matrimonii sustinere valeat, matrimonio autem soluto, oneribusque matrimonii finitis, medio horum praestationem adiuuandi, amplius non opus est, quare maritus non habet, cur eo casu de amissione vsumfructus rei dotalis immobilis querelam mouere velit, neque vxor, malitiosa desertrix, dotem in re inamobili consistentem, soluto matrimonio, repetens, vtilitatem sibi afferit, potius damnum incurrit; vxor diuortio causam praebens se ipsam exhibere necesse habet, fructus itaque rei dotalis immobilis alimentis inseruiunt, saepius autem his non sufficiunt, vbi mulier vel substantiam rei dotalis immobilis pededentim absorbet, vel de alimentis aliunde comparandis sollicita esse debet, utrumque cum vxoris detimento, non vero commodo conexum

M A L I T I O S A E D E S E R T R I C I S . 3<sup>e</sup>

nexus est. Maius dubium oritur, quod §. XXI. demonstratum, dispositionem Iuris Prouincialis Saxonici vxori deserenti, bona sua conseruanti, ad bona dotalia haud spectare; in praesenti autem argumentum nostrae opinionis inde deriuemus, quod sine nota contradictionis non videtur subsistere; verum enim vero mens mea isto in §. fuit applicatio-  
nem commemoratae dispositionis ad rem dotaalem mobilem declinare, quum mores nostri id non patiantur; at hisce de bonis dotalibus immobilibus aliter haud disponentibus, Iuri-  
s Prouincialis saepius allegata dispositio in nostras partes omnino trahitur, et regula ita formatur: Dispositione Iuris Prouincialis de bonis vxoris agente circa bona dotalia tam-  
diu vtendum, donec natura eorum aliud suadeat.

§. XXV.

Bona dotalia excipiunt paraphernalia, haec indistincte,  
sive mobilia, sive immobilia fuerint, vxori, cuius ob malis  
tiosam desertionem matrimonium solutum, reddenda sunt.  
Praesidio huic thesi, secundum quam ICti Lipsienses et  
Summum Prouocationum Iudicium, quod Dresdae est, nu-  
perime pronunciarunt, vti praeiudicia fini Dissertationis  
sub A. C. et D. annexa demonstrant, Ius est Saxonum  
Prouinciale Lib. I. art. XXI. quae enim ibi disposita sunt,  
ad bona vxoris, quae paraphernalia audiunt, pertinere, eo  
minus dubito, quo verius est, sanctionem Iuris Saxonici  
Prouincialis bona vxoris concernentem naturae paraphe-  
norum non aduerfari, et maiores nostros ex iure Ciuiili bona  
parapherna introducentes Iuris Saxonici Prouincialis  
memores fuisse, itaque mentem bona paraphernalia secun-  
dum praescriptum Iuris Prouincialis delineandi tenuisse.  
Contra hanc thesin CARPOZOVIVS oblitus, quod iam no-  
stram sententiam amplexus sit, <sup>b)</sup> intuitu bonorum mobi-  
lium

*Bonis par-  
phernalibus,  
sive mobili-  
bus sive immobi-  
lia fini, uxori  
desertrix non  
priuatur.*

b) *Conf. XXVI. P. III. Defin. XVII. n. 6.*

*Carponius  
quod mobi-  
lia diffen-  
sunt*

lum insurgit, autumans, coniugi deserto ea non adimenda esse, quae alias ipsi ex bonis innocentis deberentur, inde que concludit, quod marito innocentis non solum bona dotalia, sed et parapherna mobilia cederent; Necesse itaque erit CARPZOVI argumenta paulo curatius expendere. *Defin. XX. n. 1.* CARPZOVIUS inquit: iniquissimum sane esset, si desertor coniugi praeiudicare posset in portione ex bonis suis ipsi debita. Regero ex *Defin. XVII. n. 6.* causa lucri cessat, matrimonium scilicet, ergo et ipsum lucrum cessare debet. Maritus in bona uxoris mobilia non viua vxore, sed deum post illus mortem, succedit, at vero si viuisi coniugibus diuortium factum, tunc tempore mortis coniux non adest, neque occasio sucedendi, proinde nec praeiudicatur illi, qui in coniugio amplius non degit. Aliud argumentum CARPZOVIUS. *Defin. XXI. n. 5.* in medium ita profert: quin et facto eiusmodi vero ac dotali diuortio perinde est, ac si desertor vel desertrix deceperet, ut dubium non sit, innocentem portionem ex defuncti coniugis bonis sibi debitam facta diuortio lucrari. Sed respondeo, non esse perinde, quia desertrix post diuortium factum adhuc viuit et nondum decepsit. Mors itaque naturalis non adest, et quod diuortium ad species mortis civilis referatur, iuris non est. Pergit CARPZOVIUS *Defin. cit. n. 2.* nocens non debet lucrum ex delicto suo consequi; concedo, sed nego, vxorem desertricem hoc casu lucrum consequi, ut si antecedente demonstravi. Tandem CARPZOVIUS *Defin. XX. n. 6.* ita argumentatur: si facta separatione quoad thorum et mensam desertor sive pars nocens ad successiōnem admittenda, cur innocens facta dissolutione totali ab ea esset repellenda, non video. Verum insigne intercedit discrimen inter separationem quoad thorum et mensam et diuor-

i) c. l. *Defin. XX.*

MALITIOSAE DESERTRICIS. 33

diuortium totale; ea facta matrimonii vinculum adhuc subsistit, causa itaque, matrimonio scilicet, extante, effectus inde fluentes non negandi, matrimonio autem quoad vinculum soluto, causa cessat, quare et effectus cessare debent. CARPZOVII opinionem ordo ICtorum Vitebergensium non ita pridem in sententia, quae fini Dissertationis sub B. subiuncta, propugnauit.

§. XXVI. ad ob. v. flos tib.

Praeter dubia ex CARPZOVIO haec tenus adducta ea, Objec<sup>tio</sup> econtra istam the-  
sin ex §. XXI.  
formatur. quae in §. XXI. ad defendendam thesin, quod dos in re mobili consistens marito deserto cedat, in medium protuli- sententiae in §. antecedente de bonis paraphernis mobili- bus propugnatae contraria esse, ratioque ibidem proposita ex iure in rebus mobilibus dotalibus marito competente deducta et circa bona mobilia paraphernalia locum habere videntur, at iisdem rationibus extantibus, eadem dispositio quoque admittenda. Cardo rei in eo vertitur, an inter bona dotalia et paraphernalia mobilia sit consonantia, itaque quicquid iuris circa illa sit, et circa haec obtineat. Quod argumentis satis idoneis negatur, non solum marito ius singulare intuitu bonorum dotalium mobilium, verum etiam vxori competit, cuius extensio ad bona paraphernalia in dubium merito vocatur. Maritus in dotalibus bonis mobilibus dominio indubitate gaudet, vi cuius de iis pro libilius disponit, vxori autem nullum ius, nullaque potestas intuitu illorum bonorum tribuitur, quare recte afferitur, vxorem de bonis dotalibus mobilibus nullum actum cele- brare posse, e contrario et vxor circa repetitionem rei do- talis mobilis tacita hypotheca iureque praelationis est mu- nita.<sup>k)</sup> Quodsi vero bona mobilia paraphernalia conside-

Resp.

<sup>k)</sup> O. P. S. Tit. XLIII. §. 7. Mandat. d. d. Dresden. d. 24. Septembr. MDCCXXXIV.

remus, marito non dominum, non arbitrium liberum de iis disponendi, sed merus visusfructus et administratio concedi debet, dominium penes vxorem remanet, hinc et ipsius effectus vxori simpliciter haud negandi, bonis ipsis autem amplius non extantibus, vxor mera hypotheca tacita absque praelationis iure fruitur.<sup>1)</sup>

## §. XXVII.

*Malitiosa desertricis  
serrix bona  
paraphernalia  
rejicit,*

*Bine et Gerad-*  
*dom,*

Supereft, vt de bonis vxoris, malitiosae desertricis, receptitiis faciam verba. Describebantur supra in §. IV. per bona, quorum et proprietatem, et vsumfructum, et administrationem vxor sibi referuat, cui consequens est, maritum nihil juris in eiusmodi bonis habere; vxor intuitu bonorum receptitiorum foeminis solutis aequiparatur, vnde sola super mobilibus omnes actus valido celebrat modo, circa immobilia autem contrahens, curatoris quidem, ast non mariti consensu eget. Ex quibus de facili iudicari potest, bona receptitia mobilia et immobilia vxori maritum malitiosae deserenti eadem ratione soluto matrimonio manere, qua eo constante penes ipsam fuere. Et quum res vtensiles bonis receptitiis<sup>2)</sup> §. IV. adnumeratae fuerint, dubio caret, eas omnes vxorem, cuius ob malitiosam desertionem matrimonium solutum, retinere, neque originem rerum Geradicarum inspicimus, sed thesin nostram pariter defendimus, licet a marito plures res vtensiles prouenerint. Verum non sine fundamento obiicitur, ita necessario maritum maximo affici praeiudicio, siquidem non paucae res ad Geradam referuntur, v. c. lecti, mappae, mantilia, quibus maritus soluto ma-

O. O. P. S. Tit. XLIII. §. 2.

2) in *Iure Weichbildico* eiusque versione Latina, art. XXIII. Gerada parapherna vocatur, et in *Glossa* ad hunc art. verb. und *Gerade* heisset *paraphernale*, leguntur, ast minus accurate.

MALITIOSAE DESERTRICIS. 35

trinomio carere nequit, vxore autem desertrice eiusmodi res, quas tamen maritus comparauit, lucrante, marito onus alias emendi imponitur. Non nego, hanc assertionem ab aquitate non adeo commendandam esse, vnde et meditatus sum, annon, diuortio ob culpam vxoris facto, catalogus rerum Geradicarum minuendas, et pauciores ipsi inferendae forent, quam si morte finis contingat, verum expendens, principium res vteniles definiens vnum esse, videlicet hoc, vt respiciatur ad possessionem rerum eo spectantium penes mulierem existentem, non audeo discrimen facere inter Geradam, quae viro marito, et quae ipso mortuo, vxori cedit, in ea tamen sum opinione, quod res, quae ex Gerada post obitum vxoris marito superstiti tradendae sunt, <sup>n)</sup> ipsi quoque adsignandae, si diuortium ob culpam vxoris decreatum fuerit, ratio enim, cur, ad maritum certas res vteniles post obitum vxoris transmitti, iura disponant, videtur ea esse: maritus hisce rebus maxime indigeret, lectorum, mapparum, mantilium, scannorum vhus summe est necessarius: maritus hinc intuitu istarum rerum de damno vitando certat, itaque cognatae mortuae vxoris de lucro captando certanti merito praeferendus; quae ratio et locum inuenit, vbi vxor, facto diuortio Geradam capit, proinde et dispositio eadem subnitens huc trahenda. Neque nocet, hanc dispositionem Iuris Saxonici communis dispositionibus singularibus adnumerandam, indeque ad casum ibidem expressum, si scilicet morte vxoris matrimonium solutum, restringendam, neutiquam vero ad casum

E 2

matri-

n) *Iur. Prou. Sax. Lib. III. art. XXXVIII.* ita commemorantur: Stirbet des Mannes Weib, welcher ihre Tüfel die Gerade nimmt, die soll von der Gerade dem Manne berichten sein Sterte, und auch sein Tisch mit einem Tischtuch, und seine Bank mit einem Pfule, und seinen Stiel mit einem Küsten, eiusdem tenoris est Weichbild. *art. XXIII.*

*marito deserto  
tamen quae-  
dam res Ger-  
dicarum traden-  
dae sunt,*

matrimonii ob malitiosam vxoris desertionem soluti exten-  
dendam esse; <sup>o)</sup> licet enim cum Carpzouio §. XXV. alle-  
gato non statuam, quod diuortio totali secuto perinde sit,  
ac si deserter vel desertrix decessisset, alia tamen ratione  
dubium istud confutari potest. Nondum expediti iuris est,

L. 14. ff. de LL. L. 14. ff. de LL. de iussu Principis singulari capiendam esse,  
exponitur.

vocabulum ibidem occurens: receptum, ad legem commo-  
de trahi nequit; de lege non apte dicitur, quod eius tenor  
receptus sit vel recipiatur, paciscentibus autem meliori iu-  
re verbum, recipere, proprium habetur, ut nempe idem  
sit, ac promittere, quo sensu penes T R E N T I V M P ) o c-  
currit, ynde et substantiuum: receptum, promissum indi-  
cat, quare, legem 14. ff. de LL. prout iacet, rectius expo-  
nendum esse, reor, vt mens sit, si conuentio contra iuris  
rationem inita, ea extensionem non patitur. Quodsi vero  
habito respectu ad occasionem, qua illud effatum Pauli  
enatum, vocabulum: receptum, pro visitato vel approbatō <sup>p)</sup>  
accipi placeat, lex ista de confuerudine ita interpretanda, vt  
si cum iuris ratione pugnet, extensio admittenda non sit.  
Pono denique, legem saepius commemoratam iuxta com-  
munem Doctorum opinionem, ad voluntatem Principis  
contra iuris rationem declaratam, respicere, inde tamen ve-  
ritati theseos nostrae minime derogatur. Iura Saxonica  
communia marito post obitum vxoris nonnullas res vtensi-  
les tribuentia, rationi iuris nullo modo aduersantur; ratio  
enim, cur regulariter ex rebus Geradicis masculus nihil ca-

<sup>o)</sup> l. 14. ff. de LL.

<sup>p)</sup> Haec autem, act. V. scen. vi.

C L I T. Pater, omnia faciam: impera.

C H. Vxorem ut ducas. C L I T. Pater. C H. Nibil audio. M E N.

Ad me recipio:

Facies.

<sup>q)</sup> Hoc sensu vitur Q V I N T I L. L. III. ibi: credi discipulos, quam  
et receptum sit, et Chrysippus non improbet, minime velim.

MALITIOSAE DESERTRICIS. 37

piat; in eo est posita, quod res vteniles olim foeminarum opera adquirebantur, ipseque a successione excludebantur, quae ratio hodie, ubi foeminarum et masculorum successio aequalis est, atque plures vxorum res vteniles maritorum pecunia comparantur, cessat.

*Et si uero boni et mobilium sicut etiam immobilium res  
utrum enotrieb florit. §. XXVIII.*

Foemina post diuortium circa bona haec tenus delineata est postea adquisita iure foeminae solutae fructus. Eiusmodi foemina inter viduas merito refero; sive enim viduam eam, quae aliquando nupta fuit, sive eam, quae sine uitrate est, cum Iauoleno<sup>1)</sup> appellem, conceptus viduae ad foeminam per diuortium matrimonii vinculo solutam sine dubio quadrat. Isto ex principio nunc varia deduco. Talis foemina in nostra Saxonia super rebus mobilibus, excepta vniuersitate Gerada, sine interuentu curatoris omnes actus valide celebrat, de immobilibus autem inter viuos disponens curatoris consensu eget.<sup>2)</sup> In quibus terris foemina soluta cambialiter se obligare valet, in iis et nostra foemina litteras cambiales recte exhibet.

*§. XXIX.*

Personis miserabilibus priuilegium singulare concessum, ut, si aliquem conuenire velint, eum statim ad Principem vocare, et primis instantiis priuare possint, <sup>1)</sup> quo priuilegio etiam vtuntur, si conueniantur, ut scilicet exceptione inde opposita causa ad Iudicem summum devolui-

E 3 debeat,

<sup>1)</sup> vid. L. 242. §. 3. ff. de V. S. <sup>2)</sup> vid. Mandae d. d. 48. Novembr. ann. M DCC. XXII. <sup>3)</sup> L. 19. G. quand. Impar. int. pup. et vid. verb. quodsi pupilli, vel viduae aliquique fortunae iniuria miserabilis iudicium nostrae Serenitatis oraverint, praesertim cum aliquius potentiam perhorrescant, cogantur aduersarii corum examini nostro sui copiam facere.

multa hoc  
req. eminens  
multitudine  
fiamuram  
ad illa oblonga  
ad illa rotunda  
ambig.

Foemina de-  
servens, factio  
diuortio, vi-  
duis adnume-  
ratur.

ut illa  
autem  
multa  
vix  
multa  
vix  
multa  
vix

Viduae foro  
singulare ga-  
dient.

Quod etiam  
foeminae per  
diuortium  
matrimonii  
vinculo libe-  
ratae, tribu-  
endum,

debeat, <sup>v</sup>) Personis miserabilibus viduae desertis verbis adnumerantur, unde concludo, quod foemina per diuortium matrimonii vinculo liberata, controversis forensibus implicata, ad tale priuilegium prouocare possit. Neque obstat, quod hac ratione mulier desertix per delictum hanc suam conditionem reuera reddit meliorem, quod iura tam nequitiam permittunt; nam malitiosa desertione matrimonium ipso iure non soluitur, nec commemoratum priuilegium statim et immediate adquiritur, sed nexus ita se habet; maritus desertus diuortium petit, eo subsecuto foemina aliud assumit statum, huic statui certa iura cohaerent, ergo foemina in eo posita ab yisu eorum non arcenda.

*Mulier deser-  
trix dignita-  
zem et forum  
mariti non  
retinet.*

**E** contrario autem mulieri desertrici iura viduarum, quae respectum ad matrimonium inuoluunt, et tanquam effectus inde deriuantur, neutiquam tribuo. Licet itaque vidua mariti domicilium et dignitatem retineat, donec vsque alteri nupserit, <sup>\*)</sup> id tamen de vxore desertrice non statuendum, quum haec iura vt effectus matrimonii antea subsistentis considerentur, vxor autem diuortio causam praebens, nullius effectus ex matrimonio fluentis capax est.

A. Sen-

w) L. 29. C. de incol. L. 13. C. de dignit. quod non aliter in foro Saxonico se habet; licet enim defuncto marito, vidus eiusdem iure dicitur liberata. *Iur. Prav. Sax. Lib. I art. XLV.* wenn er aber stirbe, so ist sie ledig von seinen Rechten, und behält demn ihr selbst Rechte nach ihrer Geburt, restringendum tamen hoc est ad ius matrimonii tutelare, non etiam ad statum, dignitatem et forum defuncti ma-

Sententia Inclytæ Facultatis Iuridicae  
Lipsiensis.

Auf Klage, Exception, verführten Beweis und Gegen-  
Beweis auch erfolgte Geschehe J. A. K. Wiederbeflagtens  
an einem, J. N. L. Wiederklägerin andern Theils, Erkennen  
Wir, Rector und Assessores der Universität Leipzig, nach  
Vorgehabten Rath derer Rechts-Gelehrten vor Recht:

Dass Wiederbeflagter dasjenige, so ihm zu erweisen  
auferlegt, und er sich angemahet, wie Recht nicht erwie-  
sen, Derowegen derselbe Wiederklägerin die ihm, wegen mit  
ihr ehemahls geführten Ehe, zugebrachten Mobilia an Er-  
be und Gerade, nebst der Helfste des Hochzeit-Geschenkes  
vermittelst eydlicher Specification in natura, wie er solches  
erhalten, oder den rechten Werth dafür auszuantworten,  
insonderheit die libellirten 30. Rthal. 12. Gr. vor das ver-  
tauschte Theatrum Machinarum, nebst dem interesse mo-  
ræ, von Zeit der erhobenen Klage an, derselben zu bezah-  
len schuldig. Beiderseits aufgewandte Unkosten werden  
aus bewegenden Ursachen gegen einander compensiret und  
aufgehoben. Von Rechts wegen.

Dass dieses Urtheil denen Rechten und Uns zuge-  
schickten Acten gemäß, bekennen Wir Ordinarius, Se-  
nior und andere Doctores der Juristen-Facultät in  
der Universität Leipzig, unter Unsern hierneben auf-  
gedruckten Insiegel.

M. Decembr. 1740.

Rationes

## Rationes decidendi.

Obwohl Wiederbeleger, daß in dieser ersten Instanz bloß die Entreibung derer anderswo ausgeklagten Unkosten des Processes geschehen, also keineswegs auf eine Reconvention verabschiedet, noch solche vorbehalten, am allerwenigsten von dem Curatore absentis, da sie selbst im Gerichten öfters zugegen gewesen, angestellter werden sollen, mithin ihm die Freyheit derselben bey seinem Beweis das Gewissen zu rühren vorsätzlich benommen worden, anführt; hiernächst, daß Wiederlägerin ihn bößlich verlassen, auch in dem deshalb wieder selbige angestellten Desertion-Process vermöge des fol. 2. Vol. sub III. befindlichen End-Urtahls, vor einer bößlichen Verlaßerin ihres Chemannes, nebst Vertheilung in die Unkosten des Processe erkäumt, auch sie die deshalb verwürckte und vorbehaltene Straffe, nach Anleitung der Aeten sub 5. fol. 19. seqq. und fol. 28. würcklich erlitten, Wiederbelegerin hingegen als dem unschuldigen Theile, die anderweitige Verehlichung nachgelassen, hierdurch aber jene aller ihm zugebrachten Mobilien verlustig worden, sowohl daß sie nach der heutigen Aussage ad Art. 67. Interrog. 5. und Art. 72. eiusque Int. 6. 19. 21. fol. 165. 170. seqq. Vol. II. unterschiedene Kleider, Pretiosa und andere Sachen, darunter auch silberne Löffel, so Hochzeit-Geschenk gewesen, und eine Zuckerschachtel, so er derselben geschencket, sich befinden, mit nach Leipzig genommen, zum theil in Meissen versehet, mithin Wiederbeleger zu deren Ausantwortung mit Bestande nicht angehalten werden könne, vorschützen.

Dennnoch aber und dieweil wegen Anstellung der Reconvention und des Beweises derer Exceptionen bereits  
RENTIONEN  
res

MALITIOSAE DESERTRICIS. 48

res iudicata vorhanden, und die Partheyen allenthalben hauptsächlich sich eingelassen, auch dadurch das Forum prorogiret worden, Wiederbeklagter auch der Wiederklägerin selbst, wenn sie zugegen gewesen, die Citation zubringen lassen, und den Eyd deseruiren können, anbey die Desertio malitiosa, wenn sie gleich quoad dissolutionem vinculi matrimonialis dem adulterio gleich geachtet wird, dennoch quoad effectum amissionis doris et illatorum, davon unterschieden, und ein Chevalier regulariter dem Chevalise, wenn es gleich als eine hochhastige Verlasserin von ihm geschieden, ihr zugebrachtes Vermögen nicht miriren, noch derselben vorenthalten kan, noch was sonst in casu successionis geordnet, auf dergleichen Fall zu appliciren, dahero diese bey der Litis Contestation fol. 31. seqq. Vol. I. vorgeschützten Exceptiones nicht ausgeführt, sondern da er den Empfang derer zugebrachten Sachen und des Tausches wegen des Theatri beym I. 8. 10. 12. Punct solcher Litis Contestation zugestanden, jedoch er ein mehrers nicht, als was er noch würklich bey sich behalten, und durch die endliche Specification sich ergeben wird, restituiren darf, dasz jenseitig aber, was er bey der Verheyrathung seinem damahligen Chevalise geschencket, und auf sie gewendet, in Ansehung dessen, was er ebenfalls von ihr erhalten, und ieho nicht wieder gefordert wird, zu compensiren. Endlichen die Unkosten des Procellus, da Wiederbeklagter pro temere litigante nicht zu achten, zu compensiren. So ist, wie im Urtheil enthalten, von Uns billig erkannt.

Ordinarius, Senior und andere  
Doctores der Juristen-Facultät in  
der Universität Leipzig.

F

B. Sen-

modestum in modis videtur, ut quod invenatur in cibis est  
-oq; amio sive omnia q; similes q; similes q; similes q;

**B.****Sententia ICtorum Vitembergensium.**

Als Ew. Magnificenz und die Herren Uns. Leiterungs-Schrift und erfolgte Gesetze in Sachen J. A. R. Wiederbeleidens an einem, J. N. L. Wiederbeleidern andern Theils, samt denen diesfalls und vorigen ergangenem, auch andern dahin gehörigen Acten, in sieben unterschiedenen Voluminibus zugeschickter, und Unsere Rechtsbeschreibung darüber gebethen. Demnach erachten, sprechen und bekennen Wir Dechant, Ordinarius, auch andere Doctores und Allessores der Juristen-Facultät in der Universität Wittenberg darauf solchen Acten gemäß und in Rechten gegründet:

Nummehr aus denen Acten so viel zu befinden, daß Wiederbeleidter dasjenige, so ihm zu erweisen auferlegt, und er sich angemahet, wie Recht erwiesen, derowegen derselbe Wiederbeleiderin die ihm wegen mit ihr ehemals geführten Ehe, zugebrachten Mobilia an Erbe, nebst der Helfste des Hochzeit-Geschenkes, vermittelst eydlicher specification in natura, wie er solches erhalten, oder den rechten Werth dafür auszuantworten, insonderheit die libellirten 30. Artl. 12. Gr. vor das vertausche Theatrum Machinarum, nebst dem Interesse morae von Zeit der erhobenen Klage an derselben zu bezahlen nicht schuldig, sondern diesfalls von angestellter Klage zu entbinden, dahingegen bleibt es, was die von Wiederbeleiderin ihm zugebrachte oder die von ihm an statt derer abgegangenen angeschaffte Gerade-Stücken

MALITIOSAE DESERTRICIS. 43

eten betrifft, der eingewandten Leuterung ungeachtet bey dem am 9. Jan. 1741. eröffneten Vol. II. fol. 271. seqq. befindlichen Urtheil billig. Von Rechtswegen. Urkundlich mit der Juristen-Facultät Insiegel versiegelt.

Dechant, Ordinarius, auch andere Doctores und Professores der Juristen-Facultät in der Universität Wittenberg.

richtet sich zum Urtheile vom 9. Jan. 1741, und legt es vor, dass die Rechte der Ehefrau nicht aufgehoben werden können, wenn sie durch einen anderen Mann verbraucht werden. Rationes decidendi in Sachen

J. A. K. Wiederbeklagten an einen,

J. R. L. Wiederklägerin andern Theils.

Dieweil Wiederbeklagter seine hauptsächlichste Exception, dass nehmlich Wiederklägerin ihn bößlich verlassen, durch das Rechtskräftige Ehescheidungs-Urtheil, dessen Inhalt weiter nicht in Zweifel gezogen werden kann, erwiesen, und damit die Rechte in

L. 24. C. de Iure dotium

klar verordnen, dass das von einem Ehemann, durch deren Verschulden die Ehe getrennt wird, eingebrachte Guth dem Ehemann anheimfallen soll, diese Straffe auch, so viel die

F 2 mali-

44. 215 DE BONIS VAXORIS IAM  
malitiosas desertrices betrifft, sowohl in Sachsen, außer den  
Gerade, nach dem Zeugniſe *Carpoz. VII.* in Part. III. Conſtit. XXVI. Def. XX.  
*in fin.*

als an andern Orten Teutschlandes.

*vid. LEYSERI Medit. ad ff. Specim. CCCXXIV. de  
malitiosa desertione Medir. VII.*

eingeführet ist, zu dem wieder alle Billigkeit und die natürliche Rechte laufen würde, wenn eine Frau den Mann durch ihr Verbrechen um die Nutznutzung ihres eingeschafften Guthes und die ihm nach denen Landes-Gesetzen zustehende Mobilier-Succeſſion bringen könnte. So ist nach Inhalt unsers Urthels billig erkannt worden.

## C.

### Sententia Dominorum Scabinorum Lipsiensium.

Auf Leuterungs-Schrift und erfolgte Geseze in Sachen angegebenen Acten Vermünden J. N. E. Wiederklägers an einem, J. A. K. Wiederberklagten anderntheils, so Ew. Magnificenz und Dieselben uns samt denen diessfalls ergangenen und andern Acten in sechs Voluminibus zugeschickter, und sich des Rechten darüber zu belehnen haben, sprechen Wir Königl. Pohlische und Churfürstliche Sächsische Schöppen zu Leipzig vor Recht:

Dos

MALITIOSAE DESERTRICIS. 45

Dass vor allen Dingen Wiederflägers Actor sich bey  
fünff Thaler Straffe zu legitimiren, oder wo seine Legiti-  
mation in denen Acken befindlich, mit Angebung des folii an-  
zuzeigen schuldig; Hiernächst nunmehr aus denenselben so  
viel zu befinden, dass es nicht bey dem am 4ten August  
1741, fol. 362, Volum. II. sondern bey dem am 9ten Jan.  
1741, eröffneten fol. 271, Volum. II. befindlichen Urtheil bil-  
lig dietveit. Von Rechtswegen. Zu Urkund mit Unserm  
Insiegel versiegelt.

Königl. Pohlische und Churfürstl.  
Sächs. Schöppen zu Leipzig.

M. Ian. 1742.

Rationes decidendi.

Dieweil dasjenige, was in dem angezogenen L. 24  
C. de iure Dot. enthalten, bloß von Dote nicht aber von  
Paraphernalibus, darüber bey dieser Sache nur geschriften  
wird, handelt, also hier nicht so wohl, als vielmehr die Ver-  
ordnung des Art. LXXIV. L. III. des Land-Rechts: Wird ein  
Weib mit Recht von ihrem Manne geschieden, statt findet,  
zumahl dgsjenige, was die Rechte wegen Verlusts derer  
Güther bey dem Ehebruch gesetzet, auf den Fall, wenn ein  
Ehe-Gatte den andern häflich verlässt, um so viel weniger  
appliciret werden mag, da diesfalls kein besonderer Text  
vorhanden, und in pöenalibus von der in einem Fall deter-  
minirten Straffe sich auf einen andern dergleichen nicht fol-  
gern lässt, auch überhaupt Wiederbehaftens fol. 12. Vo-  
lum. III. gehahnes Anerbieten nicht ganz außer Augen zu  
sehen. So ist von Uns gepronchnen massen billig erkannt.

F 3

D. Sen-

D.

Sententia in summo Prouocationum  
Judicio lata.

Ist Appellation-Sachen Anwalten J. A. R. Appellantem  
an einen, Actorn Vormunden J. R. L. Appellaten an-  
dern theils erkennen von GÖttes Gnaden Wir Friedrich  
August, König in Polen et. Herzog zu Sachsen, Jülich,  
Cleve, Berg, Engern und Westphalen et. Chur-Fürst et.  
vor Recht:

Wenn gleich die eingewandten Appellationes nicht  
desert und verloshed, so ist doch in erster Instanz wohl ge-  
sprochen, und übel appelliret, derowegen diese Sache an vo-  
rigen Richter billig remittiret wird, immahen Wir sie hier-  
mit dahin remittiren und weisen. Von Rechtswegen.

Eröffnet zu Dresden am 4ten Februa-  
rii Anno 1743.



D. 267

88371

ULB Halle  
005 367 506



3





Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE  
**BONIS VXORIS  
MALITIOSAE DESERTRICIS,**  
Von  
*Vermögen einer Frauen, so den Ehemann  
hößlich verlässt,*  
Q. V. A. M.  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
CONSENSV  
P R A E S I D E  
**DN. IOH. GOTTLIEB SIEGELIO, D.**  
IVR. FEVD. PROF. PVBL. ORDIN. ACADEM. SYNDIC. REG.  
ET ELECTOR. CVRIAEC SVPREMAE, NEC NON CONSIST.  
LIPSIENS. ADVOCATO,  
DIE XXIV. SEPTEMBR. MDCCXXXIII  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
**GEORGIVS ZACHARIAS WINCKLERVS,**  
A. M. LIPSIENS.  
LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.